

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Opusculum de sagis ma//leficis Martini Plantsch  
concio//natoris Tubingensis**

**Plantsch, Martin**

**[Heilbronn], 1507**

**VD16 P 3201**

Epistola Henrici Bebelii Lustingensis Ad iurisconsultissimum atque  
disertissimum vium Petrum Iacobi arlunensem, prepositum  
Backnangensem, canonicum stutgardianum atque ducalem senatorem

[urn:nbn:de:bsz:31-299197](#)

Epistola Henrici Bebelij Iustingensis Ad  
iurisconsultissimum atq; disertissi-  
mum virum Petrum Iacobi  
arlunensem, prepositum  
Backnangensem, cano-  
nicum stutgardia-  
num atq; ducale  
senatorem.

Significauit mihi nuper, vir doctissime atq; disertissi-  
me, communis amicus Benedictus farner canonicus  
tuus Gentilem suum Martinum plantum Tubingensem  
parcianum, Theologum & concionatorem celeberrim-  
um pro singulari sua in te obseruantia pro q; aduerser-  
ua letudinibus tuę consolatione nō uulgaris, egregium edi-  
disse opusculum ex concionibus quas exacto anno ad  
plebem habuit de Sagis illis maleficiis & quas ecclesias-  
ticī modo phytonissas uocant, tibiq; nuncupatim dedi-  
cas, quod mihi profecto summam attulit uoluptatem  
dum pro sua mirifica stradela, & persuadendi artificio  
(quo mihi inter concionatores nostrae tempestatis prin-  
cipem locum mōrēri uisus est) te multo equiori animo  
tam diram atq; diuturnam infirmitatem perpeti persua-  
serit, dum cuncta incōmoda & bona, quę mortalibus co-  
tingunt a solo deo (omnia ad salutem humanam referē-  
te fieri luculenter, & efficacissimis argumentis peruin-  
cat. Sed quis quęsc non omnia incōmoda fortunae: om-  
nia morborum genera: omnes cruciatus: & ipsam deni-  
q; mortem non equo ferat animo: si horum omnium chri-  
stum authorem nouerit. Proinde cum te patronum mis-  
ericōdiam amando colam, tamq; tristissimam sortem tuā sim  
nō sine dolore miseratus, gaudeo tibi talē obtigisse me-  
dicū q; salutis tuę mētalis sollicitissimā curā gerat, atq; oi-  
patientiq; q; egrotos iuuadere solet medullitus medeat;

Non autem hoc dico ut te (quem omnis honestæ erudi-  
tionis ueluti uiuū oraculū ueneror ) ignorare existimē  
deum cōsuesse suos & electos multis afflictiōibus pro-  
bare, & in sui amore cōtinere , uti permultas tribulatio-  
nes (ut ita loquar) p̄imarios cœlestis curiæ assessorēs ui-  
tam cum morte cōmutasse sacræ literæ testantur, non Itē  
dico, ut non probissime calleas tam sanctorum q̄ ethni  
corū philosophica præcepta, quib⁹ optime iſtituimur  
nō solum omnem intemperiem atq̄ iniuriam corporis  
atq̄ fortunę Verū etiam mortem, & si quid illa acerbius  
esse potest animo cōstantissimo preferenda esse, sed cū  
nemo me iudice ad omnem corporis dolorem & ad om-  
nes cruciatus atq̄ incōmoda toleranda adeo sit animo  
composito atq̄ constanti nisi forsan stoicorū illa plus fe-  
ritas q̄ humanitas (quę suam fœlicitatem etiam in tau-  
ro phalaridis prescribit) ut si nō frangatur pœnitūs, suc-  
cumbat tamē uel saltem cedat perturbationibus atq̄ do-  
loribus, adeo ut omnes simus in aliorum malis & peric-  
ulis q̄ proprijs consolandis & curandis magis Idonei  
medici & multo pacatiōres, quare maximi momēti pu-  
tauī apud te fore, optimūq; consolamen si egregius con-  
solādi atq̄ p̄suadendī artifex Martinus noster sanissimis  
te p̄suasionibus ad sanctam patientiam cohortetur qua-  
te soli deo cōmendes, ut ex inenarrabili sua prouidētia  
& inscrutabili iudicio tecum pro sua uoluntate agat si  
te ualitudinariū uelit patienter, & alacriter in officio per-  
sistans, quicquid uelit tu p̄st̄o sis atq̄ obtemperes uti te  
hactenus fecisse, & in posterū si quid tale aduersę uale-  
tudinis incideret facturum pollicetur mihi cōstantissime  
de his hactenus Quātā autem postremo delectationē  
ex p̄senti opusculo accepturus sis nō facile dicam, dū  
adeo diserte, adeo acute, adeo prudēter Sagarī & male  
ficarum pestiferā superstitionē, & execrandā perfidiā  
detestetur, confutet, & confringat, ut de incorrupta fiz

a iii

82

de cunctis mortalibus tenenda non debeat non censeri  
meritissimus uti diligens lector luce clarus perspectus  
rus est. Vale, & me, herc inigena sc̄ tuos Martinū & Be-  
neditum uiros doctissimos atq; itegerrimos tibiq; de-  
ditissimos cōmendatos habere uelis. Ex Tübinger octa-  
uo Idus Iunias anno. M.D. VI.

